

qui appellatur Octodurus, hiemare; qui vicus positus in valle, non magnā adiectā<sup>1</sup> planitie, altissimis montibus undique continetur.

<sup>1</sup>tolls. <sup>2</sup>for the purpose of wintering. <sup>3</sup>being near.

## XIII.

*The Romans saved by a sortie (Caes., Bell. Gall., III., 5).*

Cum iam amplius horis sex continenter pugnaretur ac non solum vires, sed etiam tela nostros deficerent, atque hostes acius instarent languidioribusque nostris<sup>1</sup> vallum scindere et fossas complere coe-  
pissent, resque esset iam ad extremum perducta casum,<sup>2</sup> Publius Sextius Baculus, quem Nervico proelio compluribus confectum vul-  
neribus diximus, et item Caius Volusenus, vir et consilii magni et  
virtutis, ad Galbam accurrunt atque unam esse spem salutis docent,  
si eruptione factā extremum auxilium<sup>3</sup> experirentur. Itaque convo-  
catis centurionibus celeriter militibus imperat, ut paulisper intermit-  
terent proelium. ac tantummodo tela missa exciperent<sup>4</sup> seque ex  
labore reficerent. post dato signo ex castris erumperent atque  
omnem spem salutis in virtute ponerent.

<sup>1</sup>as our men grew feebler. <sup>2</sup>and when the battle had been brought to a final crisis.  
<sup>3</sup>last resource. <sup>4</sup>i.e., on their shields.

## XIV.

*Caesar's motives for making war (Caes., Bell. Gall., III., 10).*

Erant hae difficultates belli gerendi,<sup>1</sup> quas supra ostendimus, sed  
multa Caesarem tamen ad id bellum incitabant: iniuriae retentorum  
equitum Romanorum, rebellio facta post deditionem, defectio datis  
obsidibus, tot civitatum coniuratio, in primis,<sup>2</sup> ne, hac parte<sup>3</sup> neg-  
lecta, reliquae nationes idem sibi licere arbitrarentur. Itaque cum  
intellegeret omnes fere Gallos novis rebus studere et ad bellum  
celeriter excitari, omnes autem homines naturā libertati studere et  
condicionem servitutis odisse, priusquam plures civitates conspira-  
rent,<sup>4</sup> partiendum sibi ac latius distribuendum exercitum putavit.

<sup>1</sup>in making war. <sup>2</sup>supply timor. <sup>3</sup>district. <sup>4</sup>joined the league.

## XV.

*A naval battle (Caes., Bell. Gall., III., 14).*

Compluribus expugnatis oppidis, Caesar, ubi intellexit frustra  
tantum labore in sumi neque hostium fugam captis oppidis reprimi,